112

G. Mniszewsky — Tenetur.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus personaliter comparens Generosus Bernardus Mniszewski in Dolobow possessor sanus mente et corpore existens a foro suo proprio Terrestri et alia quavis jurisdictione competenti recedendo huic vero foro et iurisdictioni Castren. Branscen. se cum bonis et succesoribus suis totaliter incorporando et subijciendo palam ac libere recognovit. Quia ipse Generoso Georgio Mondunt Jrzykowicz Marsalco Wilkomirien. et ips. legitimis succsoribus tenetur et est debitus certi veri et liquidi debiti mutuataeque pecuniae Summam quingentorum Florenorum polon. quam quidem summam idem ipse recognoscens cum suis succesoribus eidem creditori suo sive eius posteris hinc pro festo Sancti Stephani Protomartyris proxime venturo parata pecunia reddere realiterque et effectiue restituere et persolvere aut circa acta officii praesentis reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ad se non recipere nec modo quovis de facto distrahere seu avertere. Sub Vadio similis summae florenorum quingentorum Florenorum polon. Pro quo quidem Vadio citatus existens coram quovis Judicio et officio Regni in primo citon. Termino tanquam peremptorio stare parere videre pro Vadio succubuisse ac citanti satisfacere omneque iudicatum pati tenebitur cum suis succesoribus. Eundem Terminum primum et alios omnes subsequentes causa eiusdem Terminos semper peremptos nullis contrariis exceptionibus allegationibus dilationibus motionibus in firmitatibus appellationibus ac earum quibusuis prosequtionibus omissa evacdere volendo, imo se omnibus in universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos succesores uti abrenunciando et abrenunciando sub amissione sua et suorum succesorum totius et integrae causae.

Piotrasko — Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Branscen. personaliter comparens Generosa Marianna filia olim Generosi Pantaleonis Zyzka